

diuisum per sexquioctauas producit 72 & 81, nam 72. ad 64. est sexquioctauum, si-
cut 81. ad 72. verum id accidebat incom-
modi quam 81. ad 64. nullam habet pro-
portionem commodam, & multominus 96.
ad 81. quare vslum est Ptolemeo vt subtra-
cta mona defierent termini 64. 72. 80. &
96. proportio autem 80. ad 64. constituit
sexqui quartam atque ditonum, proportio
quoque 96. ad 72. sexquitertiam semidito-
numque. Rursus proportio 128. ad 64.
componitur ex proportionibus 80. ad 64.
quem habetur pro ditono vt dictum est, &
est sexquiquarta proportio At 128. cum 80.
est in proportione superpatiente tres quin-
tas, quæ iterum est consona. Regula enim
est quia vbi consonatia vocum diuidatur
in duas partes, quarum una sit consonans,
reliquam etiam esse consonantem, at non
conuertitur. Sæpe enim fit vt ex duabus
consonantibus dissonans compositio oriatur,
velut ex duplice diapente, aut diapente
cum ditono, sed vt ad propositum reuertar,
alia diapason est inter 80. & 40. at inter
48. & 40. est semiditonius vt ostensum est,
velut inter 96. & 80. nā inter 45 & 40. est
proportio sexquioctaua, inter 48. autē &
45. sexquiquinta decima, igitur ex regula
data proportio 80. ad 48. quem est superbipar-
tiens tertias seu solida cum bessie seu sexta
maior erit consonans. Iam ergo videmus
detractione aut additione sexquioctauagefimæ,
conciinas reddi vulgatores harmonias:
tertiam vtranque maiorem scilicet & minorē
ac rursus sextam maiorem atque minorem
quem in minoribus numeris scilicet à mo-
nade ad octo positæ sunt. Vides præterea
semiditonum in sexquiquinta constare: adeo

Diapason	2	1	vt à senario in-
Bis ciapason	4	1	fra nihil inutile
Diapason diapente	3	1	reddatur. Dia-
Tris diapason	4	1	tessaron autem
Bis diapason diapente	6	1	cum primum
Hæmiolia	3	2	diuidi potest, si
Hæmitritæ	4	3	secus diuidatur
Ditonius	5	4	quam in ditono
Semiditonius	6	5	num & semidi-
Sexta minor	8	5	toniū aut semidi-
Sexta maior	5	3	ditonū & tonū
Bis diapason ditonus	5	1	scilicet in duo autum interualla, non cōmodius quā inter octo & septē & sex diuidi potest. Cum ergo octo ad septem dissona sit, quippe nimis remota est hæc proportio à sensu humano: quamobrē ex regula data, neque proportio septem ad sex. Sed dubitabis meritō, quia cum diatessaron diuidatur bifariam, in ditonum & semitonium, ac rursus in semidi- tonum & tonum, quarum altera consonans est, reliqua non Videtur ergo infirmari re- gula illa quia consonantia diuisa si una pars consonet, alia non possit esse dissonans, nam constat tonium & semitonium tam per se quam in compositione dissonare: & non parum sed acerbē. Verum respondeo dia- tessaron, vt dixi, numerati inter ambiguas coniugationes, quatenus enim per se est, dissonans est: atque sic in consonantem & dissonantem diuidi potest: quatenus autem pars est diapasons consonans in acutis: quan-

quam etiam adiecta ditono aut semiditonio
suprà efficiat sextam maiorem aut minorem
parum benè sonantes. At quintupla pro-
portio vt ab initio propositum est, constat
bis diapason, sexquiquarta, vt plane ma-
nifestum est: sexquiquarta autem ditonus:
bis diapason autem quindecim vocibus. Om-
nes igitur decem, & septem voces, quæ
sexdecim interuallis distinguuntur, conso-
nantes sunt: & ex genere ditoni, & sex-
quiquartæ, sed paulo minus benè sonant
quam ditonus. ipse. Igitur quintuplam
multiplicem ad sexquiquartam reduximus.
Verum vt ostensum est & decima septima,
quam bis diapason constat, & semiditonio
benè sonat, hæc autem inter nonaginta sex
& viginti: quadrupla igitur est & super
quadripartiens quintas. Diapason quoque
cum sexta maiore & minore eandem habent
rationem quam 16. ad 5. & 10. ad 3. tri-
plam vtranque, sed altera sexquiquinta, al-
tera sexquitertia: bis diapason verò cum
eisdem vt viginti ad tria, & 32. ad quinque
sexcupla vtraque: sed altera superbipar-
tiens tertias, altera quintas. Manifestū est igitur
hanc diuisionem non solum concinnam
magis esse & suauem sed omnem tonorum
& semitoniorum necessitatem effugere.
Quod verò in causa fuit vt toni & semito-
nia in vslu essent, id est, quoniam in discen-
do necesse est eandem seruari rationem in-
crementorum, neque arithmeticam sed
geometricam. Ideo ascensus per tonos & se-
mitonia commodus fuit, nam duplicem so-
lum differentiam pueri vslu assequi coguntur
At verò poterat & per sexquisextam dinidi
diatessaron, vt inter triginta sex & quadra-
ginta nouem interpositis 42. verum triplex
sequebatur inconueniens: primum vt dia-
tessaron ad amissim non seruaretur, sed in-
cidebat in cacophoniam, addita quadragesima
octaua parte deficiente autem in duabus
sexquiseptimis numeris seu proportione
sexquitertia: vt inter 49. & 64. loco 48. &
64. velut etiam inter 48. ad 36. addita igitur
monade in termino medio vtrinque sit
dissonantia. Secundum inconueniens, est
quia sic diuidente non seruabatur ratio sex-
quiquartæ & sexquiquintæ seu ditoni & se-
miditonii, quæ voces benè sonant. Tertium
inconueniens erat, quod hæc ratio diui-
dendi diapentes minimè satisfaciebat, velut
inter 324. & 216. Interponere enim ne-
cessē erat 252. & 294. vnde incongrua
rursus erat diuisione. His tot causis cum pro-
portione maiores non satisfacerent vt sex-
quiquinta quæ diatessaron nullo modo æqua-
liter diuidere potest, & in diapente deficit
sexquiuigesima quarta, vt inter 25. & 36.
coacti sunt cum nec sexquisexta nec sexqui-
septima idoneæ essent ad sexquioctauam
confugere.

Est & alia dinisiō toni in semitoniam,
quæ est varia ponendo tonum inter 18.
& 16 media vox est 17. semitonum maius
inter 17. & 16. sed minus inter 18. & 17.
quorum differentia est $\frac{1}{88}$. Hic subit admiratio quomodo semitonium minus apte-
tur tam grāte in symphoniis maius autem
nequaquam. Ptolemaeus hoc negaret, quia
sexquiquinta